

VL

✓

EPITHOMA RE

SPONSIONIS AD MARTINVM LV
THERVM PER FRATREM
SYLVESTRVM DE
PRIERIO.

10

MARTINI LVTHERI EPISTOLA
AD LECTOREM.

20

10



~~1517~~ 1520,

Th. dp. q. 925

Th.dp.q. 925, Titel

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg

LECTORI PIO MAR, LVTHEVS. SAL.



Actenus cum Syluestro meo charissime lector, sic me uidisti in re Pontificia agere, ut magis iocarer & luderem, quam serio quicquam tentarem, quem animum mihi praestabat, quod hominem uiderem, non modo rudis & barbari ingenij, uerum etiam tenebris Thomisticis, & nugabibus Pontificum, seu potius scribarum indoctissimi, decretis captiuum, quadam simplici stoliditate, ex me quaerere triumphum. At nunc quid monstri aluerit, in lucem prodit. Vlturus enim homo miserabilis iocos meos, Epithomen, seu (ut Syluestraliter graecissem) Epithoma responsionis ad Martinum Luther, edidit: tot tantisque blasphemijs a capite ad pedes usque refertum, ut in medio tartaro, ab ipsomet Satana editum libellum existimem. Si Romae sic sentitur & docetur, scientibus Pontifice & Cardinalibus (quod non spero) libere pronuncio his scriptis, Antichristum illum uerum sedere in templo dei, & regnare in Babylone illa purpurata Roma, & curiam Romanam esse synagogam Satanae. Quid dicam? Papam quemuis, etiam impium, deum nobis facit, & robur diuinae scripturae, id est, uerbi dei uim, quod est ipse deus, ex illius hominis etiam impij autoritate pendere statuit, cum tamen omnes simul fateantur, Papae autoritatem robur habere, ex illo Christi, Tu es Petrus, & Paesce oues meas. Hoc est, non scripturas ex Papae autoritate, sed autoritatem Papae ex scripturis pendere. Neque enim ubi urgentur, alio confugiunt, quam ad harum scripturarum ceu asylum, quo se muniant & roborent, at nunc Satan iste scripturas per hominem roborat. Quid est Antichristus, si talis papa non est Antichristus? O Satan Satan, quam diu abuteris patientia creatoris tui, in tuum magnum malum? Quamquam ego libens admitto Syluestro miserabili, ut

scripturæ robur à Papa accipiat. Hęc enim erit una uia, ne
ganda tyrannidis Papalis, & semel euertenda. Cũ enim
Papatu scriptura staturant, & scripturæ autoritatem, per
autoritatẽ Papę eleuent, iam Papa nullo testimonio nitet,
nisi sui ipsius, nec iure diuino, sed suo proprio stabit. Sed qđ
confutẽ rabiẽ blasphemæ Satanæ tam manifestariã opti-
ma erit cõfutatıo, si libellũ ipsum, ut editus est, nudum in-
uulgauero, secũ habet suã cõfutationẽ, plusq; optare queã
potentẽ. Itaq; lege lector & gema, gloriã Ro. ecclesię eo ce-
cidisse, ut hæc hæretica, blasphema, diabólica, tartarea ue-
nena, nõ modo intra se cõcipiat & alat, sed in orbẽ quoq;
ppaget. Eant nunc qui gloriant Ro. ecclesiã nunq; fuisse
hæresi cõtaminatã. Vnus hic Syluester, Arriũ, Manicheũ,
Pelagiũ, & oēs alios incõparabiliter superat. Si sic Roma
credit, beata Græcia, beata Boemiã, beati oēs, qui sese ab
ea separauerunt, & de medio istius Babylonis exierunt.
Damnati uero oēs, qui ei cõmunicauerint. Et ego quoq;
si Pontifex & Cardinales, hoc os Satanæ nõ cõpescuerint,
& ad palinodiã adegerint, his testibus cõfiteor me dissens-
tire Ro. ecclesię, & negare eam cũ Papa & Cardinalibus,
tanq; abominationẽ stantem in loco sancto. Extincta est
in ea iam dudũ fides, proscriptũ euangeliũ, exul Christus,
Mores plusq; barbarici, una erat reliqua spes, scripturę san-
ctæ illibata autoritas, & eiusdẽ recta saltẽ opinio, si nulla
intelligentiã, iam & hanc Satan occupat, arcẽ Zion & tur-
rim David hætenus inexpugnabilẽ. Nunc uale infelix,
perdita, & blasphema Roma, peruenit ira dei sup te, sicut
meruisti in finem, nec tot orationibus, quæ pro te fiunt, ni-
si in dies peior fieri uoluisti. Curauimus enim Babylonẽ,
& non est sanata, relinquamus ergo eam, ut sit habitatio
draconũ, lemurũ, Iaruarũ, lamiarũ, & iuxta nomen suũ cõ-
fusio sempiterna. Idolis auaritiæ, perfidis, apostatis, cynæ-
dis, præpitis, latronibus, Simonibus, & infinitis alijs mon-
stris ad os plena, & nouũ quoddam pantheon impietatis.
Vale mi lector, & dolori meo ignosce & compatere.

FRATER SYLVESTER DE PRIERIO
PIO LECTORI S.

*Humilitatis
causa seipsum
iactat.
Etiam in India
& Scythia.*

*Vide ut heroice
prouocet ad re-
sponſionē duo-
rum librorum,
per prologū ter-
cij libri, qui in-
xtā euāgelium
primus & no-
uissimus est.*

SVas suorumque preces (quod uidelicet nos-
tra Epistola, quæ olim se parituram mina-
batur, non abortiuit) Martinus Luther ex-
auditas, & intelligat, & si lubet gratias red-
dat. Neque enim abortiuit, sed pugilem & robustum &
fortem enixa est, & adeo fatalibus armis instructū, ut
toto Christiano populo spectante, ut pollicebar
uictum sternat. Ne uero aut insidiosè, aut repē-
te se occupatum causetur, armorum suorum
indicem mittit. Accingatur ergo & sit
uir fortis, quippe superbissimo illi
uërbo, quo crebro utitur, doceat
me, inquiens: qui potest, al-
ludens pugil iste, dicit,
respondeat Martinus
si potest, Blactera
re equidem
poterit,
sapiēter ue-
ro respondere nō
poterit. Mox uero ar-
ma ipsa perspici-
es. Vale.

DE IVRIDICA

ET IRREFRAGABILI VERITATE ROMANA
Ecclesie Romanice Pontificis, liber
Tertius, index quidem longissimus,
sed breuissimum
Epithoma.



Osteaſq; iurante deo, *Obſerua bis le =*
errores aduerſarij deteſtor ſchema,
ximus, item & reieciſ preteritiū pro
mus, nunc breuiſſime futuro.
quæ iam dicta ſunt reſ
colamus.

Libri ergo primi ca,
primū de noſtra intenſ Intenſio.
tione erat, quæ eſt in to Probe ait de in
to opuſculo detegere tentiōe ſua ſu
primū, deinde uero iſſe, quia cū ſru
ctiā euertere Martini ſtratus nihil eſt
fecerit, oſtentat
tantam Pſeudo
pyra.

Lutheri mala dogmata. deinde uero ſpecialius in priſ
mo libro oſtendere, primo. Quod Eccleſia militans ſit
Chriſti regnum monarchicum & hierarchicum. Et. ij.
quod in hac hierarchia Romanus preful primus ac
ſummus hierarcha ſit, authoritate diuina, ſolus ſupre
matum dubitationū reſolutiuus, & ſolus iudex infalli
bilis ueritatis, inſpectantibus ad fidem & mores.

Cap. ij. Quod Eccleſia militans ſit celi regnum &
Chriſti monarchia item & hierarchia. Et ibi. i. quod ueſtro nemo no
Eccleſia ſancta catholica ſit regnum Chriſti. Et. ij. uit.

A iij

Sicut Christus dicit, Regnū meū quod etiā ipsa imperiū Christi sit. Et. iij. quod sit nō ē de hoc mū regnum & imperium monarchicum. Et. iij. quod do et cōcordat ipsa in ordine monarchiarum mundi est quinta, & ibi uocabulū Hierarchia. sacer narchijs, Assyriorum, Persarum, Medorumq; Græcorū principatus, idē rum, ac Romanorum. Et. v. quod ipsa est omniū quod mūdianus monarchiarum, quæ fuere præstantissima.

et prophanus Cap. iij. Quod in ecclesiastica hierarchia Romanus principatus, s. Præful sit hierarcha primus, non dignitate modo, uel cui Christus erumetiam & iurisdictione. Et sibi primo reijcitur et Belial idē sunt. Et. ij. describitur, quis per Romanum præfulem nas, qui est deus intelligatur, quia is est, qui est Christi uicarius, & successor Petri, ubicunq; præsideat, Antiochiæ, ut olim, Antichristusei uel Romæ, ut modo, uel alibi deo uolente.

am erit uicarius Et. iij. Quod Christo uiuente, beatus Petrus ab eo us Christi et dei fuerit Apostolorum primus institutus. Et. iij. quod Dicente Christo, ista primitas non fuit dignitatis tantummodo, uerum qui uult esse maior, sit minor. etiam iurisdictionis & potestatis. Et. v. probabiliter Quod solus Petrus à Christo est institutus episcopus (instituti sunt) personaliter, alij uero à Petro instituti sunt. Et. vi. Præter iudam quod Romanus præful sit hierarcha summus, omnem scarioth et Machiæ ecclesiasticā hipothalam sub ditione sua cōtinens. Et thiā, de quibus vij. quod Romanus præful institutus, pastor & Episcopus Catholice & Apostolice Ecclesie sit cōfendus. Et. iij. quod Romanus præful sit hierarcha summus, omnem accipiat alter. hierarchia sit summus hierarcha capitalis orbis, cōtra (sua cōri.) Sicut aduersarium, qui Papam negat esse Ecclesiam uirtuali Nero et Domitianus. ter, quod capitis proprium est. Et ibi primo, quod is qui à Christo mutato nomine dictus est cephas, caput institutus à Christo sit omnium ouium suarum. (pastor) Ad descedū et per Et. ij. ibi contra hoc multa argumenta soluuntur. Et dendum. iij. quod decedēte Petro, necessarium fuerit in Ecclesia (capitalis) Nō pedalis nec cubitalis. Nota, Cephas est caput, contra Ioan. ii. qui cephas, Petrum dici scribit.

AD MARTINVM LVTHERVVM.

esse alium uniuersalem pastore, in sede eius, & rursus
 isto migrante aliu, usq; ad finē mundi, quo ad usq; uide
 licet Ecclesia duratura est. Et. iij. quod uerus & in
 dubitatus beati Petri successor, est solus uerus & indu
 bitatus Pōtifex Romanus. Et. v. quod Romana Ec
 clesia prima sit, & Ecclesiarū omniū caput à Christo in
 stituta, & quā ignoranter dicat, ipsam non fuisse caput
 postq; Petrus ibi sedit. Et. vi. quod Romanus presul ri
 te institutus, eque & equali auctoritate caput sit, sicut
 & beatus Petrus. Et. vii. ibi destruitur opinio quedā
 hominum peruersorum, quod papa non sit caput Ec
 clesie uniuersalis collectiue, sed solū distributiue, uo
 lentium ex hoc, Papam non esse caput concilij.
 Et ultimo, ibi multa cōtra hoc argumēta soluuntur.

Cap. v. Quod in ecclesiastica hierarchia Romanus
 presul sit hierarcha summus ubiq; cōtra aduersarium
 subtrahentē iurisdictioni eius nōnullas natiōes, scili
 cet, Græcos, & fideles inter infideles habitātes. Et ibi
 primo per literas sacras probat uniuersalitas istius mo
 narchiæ. Et. ij. improbat impietas Antonij Roselli,
 dogmatizātis Christū ea ratiōe, qua homo nō habuisse
 ius terreni principatus. Et. iij. per Aug. & scriptu
 ras probatur iterū futura Euangelij secūda prædicatio,
 cum maiori populorum conuersione, quā Apostolo
 rum temporibus, cum in omnē terrā exiit sonus eorū
 adeo, ut ne iute modo, uerum etiā factō ipso, Pontifex
 maximus rerum summam sit moderaturus. Et. iij.
 Quam iurisdictionē Papa in infideles exercere possit,
 siue gentes, siue Iudæos, uel etiā hæreticos.

Capitulum. vi. Quod in ecclesiastica hierarchia Ro
 manus presul sit hierarcha summus perpetuo, cōtra ad
 uersarium astruentem, quod Romana ecclesia nō sem

(rerū sum.) Etiā cœlestium, deturbato Christo, & deo. (perpe.) nisi dū morietur.
 Nota Pape licet esse homicidā omnīū cruentissimū.

Hæc Prietas
 Antiochenus
 Petri successor
 est Romanus.
 Hæc Prietas
 Licet Petrus &
 postolus, & Pa
 pa solū sit Epi
 scopus, minor
 scilicet simul
 equalis
 Imo confuse &
 materialiter.
 More Prietati
 co.

.i. in cerebro
 Prietatio.
 (Sacra) Sicut
 Virgi. Auri sa
 cra fames.
 (principatus)
 Quia Christus,
 ius imperij ter
 reni sibi ipsi ne
 gavit, ut suo iu
 cario Romano
 integram relin
 queret, hoc be
 ne nota.
 (euangelij) Ro
 mani iubili.
 (conuersio) sub
 uersione

EPITHOMA RESPONSIONIS.

Doctrinā Pape per fuerit caput ab hinc in antea, qui etiā uidetur sua
 nō oportet euer- sus, quod doctrinam eius in posterum possit euertere.
 ti sed ipsa debet Et ibi primo ex Daniele & alias multipliciter osten-
 omnia euertere dit, quod regnū Christi nullo sine claudū, nisi per trau-
 Regnum. situm à terra ad cœlum, infine mundi.

Hoc uerum, sed Et ibi .ij. quod ista perpetuitas per litteras sacras ues-
 nō sic regnū Pa- teris testamenti astruitur, item etiam per eas quæ sunt
 p. noui. & .iij. per sanctos doctores.

autor) id est uen- Capitulū .vij. Quod in ecclesiastica hierarchia
 nator robustus Romanus presul sit hierarcha, autor omnis hierarchi-
 sicut Nimbrot. ce iurisdictionis, contra aduersarium, qui tenet iurisdic-
 tionem Pape uniuersaliter, & diocefani in diocesi esse

Purgatorium pares in ordine ad purgatoriū. Et ibi primo, quod
 Unde pecunia potestas iurisdictionis à Romano presule in omnes ec-
 extrahitur, nō clesiasticos uiros, ueluti à capite ad membra, uel sine
 anima. medio, uel medio aliquo descendit. Et .ij. quot circa
 hoc sunt opinionones, falsas confutando. Et .iij. quod
 Descendit Episcopus multiplicem obtinet potestatem, quæ tamē
 per saltū & in omnes ad eam, quæ ordinis & quæ iurisdictionis est,
 latus sumendo reducuntur, & omnes insunt ei à Romano Pontifice.

pont. Et .iij. multa ibi soluntur argumenta, multæ cons-
 Vel dormiente. futantur opiniones.

Capitulū .v. Quod in ecclesiastica hierarchia Ro-
 manus presul sit summus hierarcha, iurisdictionis in-
 comparabilis, contra aduersarium, qui uult in cōcilio
 in cōpara. & consequenter in Ecclesia uniuersali esse quandā pos-
 Ne cū Christo testatem, quæ non sit in Romano Pontifice. Et ibi
 quidem sicut de primo, quid hoc nomen Ecclesia, & q̄ multa signifi-
 cet Antichristū cet. Et .ij. quod potestas clauium, siue ordinis sit si-
 ue iurisdictionis, nō est sic data uniuersali Ecclesie mi-
 litati, quasi omnia uel singula eius membra eam totā
 acceperint. Et .iij. quod etiam non est clauium pote-
 stas sic uniuersali Ecclesie data, quasi data sit simul

membris Ecclesie omnibus collectiue tota, siue (ut aiunt) collegialiter: & non alicui membro sigillatim. Et iij. quod potestas iurisdictionis non est maior in ecclesia uniuersali, quam in beato Petro & successore, sed nec eque magna. Et. v. inferitur correlarie, quod cum sancti dicunt Ecclesie uniuersali datas esse clauis: non ea ratione accipiendum sit quasi omnibus ecclesie membris datae sint, aut diuisim, aut etiam coniunctim: sed quia datae sunt, aliquibus Ecclesie membris, ut Petro primo, Apostolis autem in ordine & subiectione ad Petrum. Et. vi. quod Romanorum Praesulum iurisdictione non solum maior est nulla, sed ne par quidem. Et. vii. multi non di aduersus dicta soluntur, & precipue illud, orbis maior est urbe.

Cap. ix. Quod in ecclesiastica hierarchia Romanus Praesul sit summus hierarcha, legum conditor, quae ex necessitate salutis omnes afficiant: contra aduersarium asserentem decreta Pontificum, & frigidissima, & nihil esse. Et ibi primo, quod Romani praesulis sit condere leges. Et. ij. quod de necessitate salutis sit subesse legibus & praecipis Romani Pontificis, nihil contra dei praecipia mandatis. Et. iij. quod haereticum est dicere, non esse ab omnibus obtemperandum legibus Pontificis Romani. Et. iij. quod decretales epistolae Romanorum Pontificum, etiam non editae in concilio, nec corpori iuris insertae, & etiam omnes sanctiones suscipiendae sunt ab omnibus & executioni mandandae.

Cap. x. Quod in ecclesiastica hierarchia Romanus Praesul sit summus hierarcha, iudex omnium solus diuina auctoritate, contra aduersarium, qui dicit, Ecclesiam Romanam suam primitatem & consequenter auctissimis legibus abolere. (Suscipiendae) scilicet ut ecclesia haeretica fiat, ex haereticis decretalibus. (diuina auct.) diuinorum & Ariolorum.

Quia papa non est pars Ecclesiae uniuersalis ideo uerum est, atque ei potestatem esse quam Ecclesiae, scilicet tyrannicam & diabolicam. Haec fatalis Syluester non abortiens minas.

(nullae) nec Christi. Soluuntur per clauem Syluestri nam.

(legum conditor) Quia non clauis sed clauis habet (afficiat) uere afficiunt & perdunt animas.

(condere leges) id est, extinguit re ecclesiam dei. Sicut uere ubique facit.

(haereticum) imo christianissimum esset, Papam se melius suis impijs

EPITHOMA RESPONSIONIS

(ignorarunt)
nec mirum, cū
illi ex corde suo
fingerēt.
(auferre) furor
Syluestri Pri-
mus.
(non est a deo)
Furor secūlus.
(solus) & sic
Paulus ad Gal.
mentitur, dicēs
nō per hominē
nec ex homini-
bus.
(ueri con.) No-
ta, Romanistis
est cōcilium quē
quid & quantū
uisum fuerit.
(iudex sine iu.)
& hoc Antio-
christū facturū
ē prādictū per
Apostolum.
(concilium) sci
licet impiorum

auctoritatem, non à deo semper, sed aliunde à quater cen-
 tum annis habuisse. Et ibi primo, Quod à quo Ro-
 mani pontifices, post beatū Petrum, suam auctoritatē
 acceperint, multi ignorarunt, & ibi multe secluduntur
 opiniones. Et. ij. Quod Romani presulis potestas à
 deo Christo immediate est, ex quo inferi, quod totus
 mundus simul Romani Presulis auctoritatem nedum
 auferre, uerum nec limitare quidem aut restringere pos-
 sit. Et. iij. quod auctoritas consilij non est a deo nisi
 in casu hæresis, uel scismatis: nō quidē omni, sed quo-
 dam quando uidelicet de nullo est certum aut purifica-
 bile, quo sit presul Romanus, sed omnis auctoritas pa-
 trum concilij, siue ut singuli, siue ut collegiū uel conci-
 lium, est à Romano pontifice, ubi etiā multæ de hoc falsæ
 opiniones eliduntur. Et. iij. Quod inter homines
 solus Romanus Pontifex habet suā auctoritatē à deo im-
 mediate. Et ibi multa cōtraria dissoluunt, & maxime
 me quod solet adduci ex decreto cōcilij Constantensis,
 quod quinquā uerū concilij decretū nō fuerit, ut proba-
 uit do. lo. de tur. Crema. tamen etiā saluatur & ostendi-
 tur, uerū esse tempore scismatis per rationes & aucto-
 ritates, in qua tamen sententiā peritioribus defertur.
 Cap. xi. Quod in ecclesiastica hierarchia Romanus
 presul sit summus hierarcha, iudex sine iudice: contra
 aduersarium, qui à Romano presule appellando, facit
 iudicem superiorem, aut singularem hominem, quod
 nunc improbat, aut collegium aliquod, & illud im-
 probabitur capite sequenti. Et hic primo, unde concilium
 dicatur. Et. ij. Quid sit generale concilium.
 Et. iij. Quod residente uno indubitato pontifice,
 eius solus sit uocare concilium, & ibi nōnulli nodi sol-
 uuntur. Et. iij. uacante sede, & tali necessitatis casu
 emergente, cui sine concilio obuiari nequeat, cuius sit

uocare conciliū. Et. v. Quod aut Romanus p̄sul, (Præsidere &)
 aut aliquis uice eius, debet p̄sidere & p̄esse cōcilio. excepto cōcilio
 Et ibi multæ falsę sententię explodūtur. Et. vi. quod Apostolorum,
 licet pontifex maximus nequeat mutare locū concilij in quo Iacobus
 in quo de eius hæresi tractaretur, si tamen pontifex sit præsedit & Ni
 indubitatus, illud utiq; potest, non obstante concilio ceno, in quo Eu
 Constantiē. Et. vij. Quod concilium tam rite con- stachius Antio-
 gregatum & iniciatū, Romanus p̄sul ex toto potest chenus.
 dissoluere. Et. viij. Quod decreta conciliorum nul- (constan.) cōsi-
 lum ligant uel astringunt, nisi Romani pontificis au- lio cōstantiensi
 thoritate firmentur, & ibi multa contraria soluntur. auoritatem anet
 Et. x. Quod Romanus p̄sul, excepto casu sita he- quantū uult Syl
 resis, in exteriori foro superiorem habere non potest, uester.
 quanquam an id possit per cōpromissum, opin. sint. (dissoluere) hoc
 Cap. xij. Quod in ecclesiastica hierarchia Romanus Cap. xij. Quod in ecclesiastica hierarchia Romanus
 p̄sul sit hierarcha, iudex sine iudice collegio quopiā, Et Satan potest
 & loquor de indubitato, secus in casu heresis aut scil- (Ro. Pont.)
 matis, de quo supra, & hoc praelibatum est, contra ad- Furor.
 uersarium, qui futurum conciliū prouocauit. Et Et excepto casu
 ibi primo de duplici auctoritate patrum concilij, uide- confessionis &
 licet ut sunt singuli, quæ ab auctoritate pape distingui egretudinis ubi
 tur dupliciter, uidelicet, ut causa secunda à prima, & ut medicus ei supe
 partialis à totali, & ut sint collegium, quæ est eadem cū rior est.
 auctoritate Papæ, non numero, sed analogia. Et hæc (iudex sine iu.)
 in pontifice est ordinaria & plena, in consilio est com- id est, Antichri
 missa & quātum placet Pontifici, ibi etiā de auctori- stus.
 tate patrum in sinodo prouinciali. Et. ij. quod pote- Nota distinctio
 statum Papæ ac patrum in concilio, eo modo quo dī- nes subtilissimas
 stincte sunt, superior est pontificalis. Et ibi. iij. Archimagistri
 multa aduersa soluntur. Et. iij. Quod Romanus pallatij sacratis
 Antistes, nullo modo ligatur conciliorum canonibus simi.
 uel decretis, ut concilioz sunt, quod ideo dicitur, quia (pontifici) pla-
 si concilium statuat aliquid quod etiam sit de iure diu- atum Papæ est
 regula omnium. Vides ergo, papæ nihil esse cum concilio cōmune, ergo nec cū Ecclesia
 dei quod uerum est.

EPITHOMA RESPONSIONIS

no scripto uel inuito, puta quod spiritus sanctus à filio procedat, aut talis contractus sit usurarius, ligatur quidem Pontifex, sed non ea ratione quia concilij sit, sed quia dei. v. q. i. sunt quidam. Et. v. quod Papa & si mutare non possit conciliorum statuta, ut sunt aliquando etiam dei, id est, de iure diuino, ut dictum est statim, tamen ea quæ sunt concilij, ut concilium siue quæ spectant ad ius posituum, eque potest tollere sicut & sua, id est, ex rationabili causa, suo tamē arbitrio pensanda.

(rationabili)
Nota limitatio
nes egregias.
Et totū conciliū
Constantien.

(etiā si ita sit)
Obstipescere cœ-
li, horrescere ter-
ra, O Christiani
uidete quid sit
Roma.

(Cōtra) Catho-
lice ex sancte.
(disputare) nec
foelicius, nec sa-
nius, quā hęc
scripta sunt.
(cogi nō) sic di-
ligit pastores
(creditur) id est
fomniatur.

(pōti. Chri.) sci
licet Christus
etiā sterquilini
um impietatis
inhabitat, noua
benignitate.

Et. vi. quod partes concilij non possunt simpliciter iudicare de omnibus, & ibi reprobatur opinio iniqua Marfilij de Padua, & multa contraria dissoluuntur.

Et. vii. Quod pontifex indubitatus, ne dum à concilio, sed neq; à toto mundo potest iure deponi uel iudicari, etiam si ita sit scandalosus, quod populos secum cateruatim ducat primo gehenne mancipio, id est, diabolo di. xl. si Papa: sed ut ibi dicit, deus orandus est. Contrarium tamē sapiunt qui aliquando fuere scismatici: ut Panor. in ea disputatione, quæ incipit Episcopus: & quidam uiuentes, cōtra quos cupio specialiter disputare, si dominus noster dederit mihi quietem concupitam. Et. viii. quod Papa uerus ad renunciandū causa scismatis cogi non potest, & ibi soluantur multa cōtraria. Et. ix. quod propter hæresim proprie dictā, Papa cadit à papatu, si tamen hæresis sit omnino occulta Ecclesie, non priuatur Papa sua potestate, & creditur summus pontifex Christus supplere, & si se corrigat iterū est papa, si uero hæresis eius sit omnino notoria, nec egeat probatione, & sit hæresis etiam formaliter, id est, cum obstinatione uoluntatis, est sua potestate priuatus, si uero sit dubia probabiliter, concilium generale est iudex, quod tunc deberet congregari, aut sua sponte, ut pro Marcellino, aut per eos quorū inter est, iuxta

prædicta. Et ultimo, quod pro hæresi uel notoria uel probata aut confessâ, concilium potest Papam deponere, siue potius declarare depositum.

Cap. xij. Quod in ecclesiastica hierarchia Romanus præsul sit summus hierarcha, iudex sine appellatione, contra aduersarium iterum, quia Papa ad futurum concilium appellauit, ut dictum est. Et ibi primo, quod à Papa ad concilium appellare nõ liceat. Et. ij. quod appellans à Papa ad futurum concilium, nedum excõmunicatus, uerum etiã & stolidus est, scilicet si ignorat se aliquid tentare, quod sine sui aduersarij, id est, Papæ consensu explorare nequit, uel malignus scilicet, si hoc non ignorat, & tamen appellat. Et. iij. quod à concilio licite appellatur ad Papam absentem, non autem ad presentem. Et. iij. ibi soluuntur multa contraria.

Cap. xiiij. Quod Romanus Præsul solus sit resolutiuus supremarum dubitationum, contra aduersariũ, dicentem, in his quæ sunt fidei, concilium præesse Pontifici. Et ibi primo, quod Papa solus habet decidere omnes quæstiones & dubia in fide, iudicio auctoritatis siue iuridico & ultimo. Et. ij. quod si de concilio loquamur sicut de aliquo non diuiso contra Pontificem, sed Pontificem ueluti caput includente, sic auctoritas concilij & Papæ analogia una est, ac perinde ad concilium pertinet determinare de fide, nisi pontifex interdicit. Et. iij. ibi aduersa multa soluuntur.

Et. iij. Quod Romani præsulis solius est à deo & à natura institutas leges interpretari, & declarare in dubijs, ne dum in moribus, sed etiam in spectantibus ad fidem, quod ibi auctoritatibus, & exemplis, & rationibus asseueratur, & hoc probatur uerum de interpretatione dum probabilis, quæ est doctorum, uerum etiã & necessaria, ita quod sub poena eternæ ac temporalis

(iudex sine)
Nihil ad Luthe-
rum, Adula-
tor scdissime.
Furor.
(excõmunicatus)
sicut Christus à
Iudeis excõmu-
nicatus fuit.
Sentiẽtia Archi-
magistri.

Sola potestate,
etiã si sit iuxta
indoctissimus
& rupidissimus,
quia ipse dixit
& facta sunt.
(solus) id est, so-
litarus, scilicet
quando in lecto
dormit.
Distinctio nota-
bilis & magi-
stralis.

Hic non Sylue-
ster, sed Satan
Princeps demo-
num loquitur.

mortis, eius decisiones sequendae sunt.

Et hic Satan loquitur.
Papa ut papa agit, quando portatur a referendis, et beatos pedes prebet osculandos. Deinde, quando per auaritia absorbet mundum per diuinas animas. Opinio Syluestri e variato aduersa.
(Sunt a Papa sicut probatum nouiss. concilio ubi decisum est animam esse immortalem, et esse decimas pro uentre romano ex-
 Cap. xv. Quod in ecclesiastica hierarchia Romanus praesul sit summus hierarcha, iudex infallibilis ueritatis, contra aduersarium, qui in hoc ualde aberrat & obloquitur, ut in eius libro patet. Et ibi primo, quid sit Papam agere ut est Papa, & quomodo omnes expositiones sanctorum & doctorum circa hoc reducuntur in unam, & quae sit omnium opinionum ratio, quae est ut Papa agat, ut papa uel caput, si utatur auxilio membrorum, & faciat bona fide quod in se est ut intelligat ueritatem, secus ubi malitiose procederet.
 Et. ij. Quod ecclesia uniuersalis decernendo de fide & moribus errare nequit. Et. iij. Quod Papa & si in quantum singularis persona, potest male operari, & male credere, tamen non potest male decidere, ut Papa. Et hoc probatur ibi in primis probabiliter, deinde uero irrefragabiliter, ne dum per canones & concilia, ueritatem per literas diuinas, Et. iiij. Quod omnes constitutiones papae in decidendo de fide & moribus, sunt a papa siue cum assidentium consilio. Et. v. ibi soluuntur multa contraria praedictis, quibus emuli Romanae sedis conantur probare, quod aliquando papa nedum operando, uerumetsiam decidendo errauit, & specialiter de beato Petro, quem apostolus reprehendit, super quo aduersarius magnam quidem, sed ruinosam structuram fabrefecit.

Satan.
(solus). i. solitarius, ut supra. (uniuersale) quale fuit nouissimum Lateranense.
 Cap. xvi. Quod in ecclesiastica hierarchia Romanus praesul sit summus hierarcha infallibilis ueritatis solus, contra aduersarium, qui expresse uoluit concilij & non papae esse decidere de fide & moribus. Et ibi primo, quod uniuersale concilium etiam rite celebratum, intellectum tamen ut aliquid contra pontificem diuinum, decidendo de fide & moribus errare potest, non.

& probatur errasse sapius de facto. Et. ij. Quod concilium rite celebratum, acceptum sic ut caput suū, Romanum pontificem secum intelligatur habere coniunctum, utiq; decidēdo de fide & moribus errare nequit.

Et. iij. ibi multa dissoluntur argumenta malignorum. Et. iij. Quod si in materia fidei inter Papā & concilium esset dissidium, siquidem iam res esset decisa per iudiciū irrefragabile spiritus sancti, iuxta dicta superius, illi standū esset qui pro se dictā haberet decisionem, quia alia pars, etiam si esset papa, niteretur contra spiritum sanctū, quod tamen est impossibile, si iam fecisset quod in se est. Si uero res non esset decisa sed decidenda, quidā dicūt standū ei qui melioribus rationibus mouetur, quod tenuit Panor. in ca. significauit, de elec. & in quadam disputatione quę incipit Episcopus sed irrationabiliter, ut ibi probatur, & eo casu Papa deberet omnes audire, & ex motu sui cordis (quod a deo in talibus regitur) deberet formare iudiciū, unde stādum esset Pontifici bona fide & maturo consilio procedenti, quia sine concilio habet irrefragabile iudiciū, ut probatum est. Et. v. Quod partibus concilij inuicem dissidentibus in materia fidei, Papa aut legatus

uice eius præsidens concilio, iudiciū formare non debet secundum iudiciū maioris, sed sanioris partis, siue cuius rationes sunt meliores, etiam si esset unus solus, nam & Panuptius contradixit Nicene synodo & obtinuit, di. xxxi. Nicena. Et vi. ibi multa obiecta soluntur.

Satur
(ut caput suū)
scilicet quia
plusest in uno ca
pite Pape, quā
in tota ecclesia
Christi.

(in se est) Quid
est in se? ne ad
mittat facile cō
ciliū, obpericu
lum reforma
tionis ecclesie.
(irrationa) id ē
non Syluestri
ter.

(quod a deo)
huius mūdi qui
operatur in san
ctis diffidēt.e.
Probatum est.

(legatus) uel eti
am magister pal
atii uel notari
us aliquis.

(Panuptius)
pulchrum argu
mentū a sancto
uiro ad impiū.

Hereticū secundum fidē Syluestri, quā creditur impietati, ut Apostolus predixit.

Et per se notis ac primis principijs libri Elenchorum.

Syluester improprie.

(Satisfactio) Quasi Christi passio & merita sanctorū habeat ullam proportionem. Sic Syluestraliter disputat. Ex Aesopis fab. prima. (necessar.) tandem & per se. Hereticum in uia Thomae apostolica.

Capitulum primum, Quod sit hereticum dicere, quod in Ecclesia catholica nō possint fieri uerae indulgentiae, contra aduersariū, qui ex promulgatis uenijs occasione sumpsit impingendi cōtra Apostolicā sedem. Et ibi primo, quid importet indulgentiae uerbum, ac uenię & remissionis. Et. ij. quid sit indulgentia. Et. iij. quot in ecclesia facit ueras indulgentias Pont. Max. & Episcopi, uel alij quidam sub limatione pōtificis. Et. iiij. ibi dissoluntur plura obiecta. Et. v. quod sancti qui ad eiusmodi uenias largiendas moti sunt, nō ex uoluntate sed ex ratione processerunt quod probat ibi ex pbabilibus, pene statim ex necessarijs. Et. vi. quomodo in nostro bono opere, puta elemosina, est meritū & satisfactio, & primū semper est operantis, non secundū, sed eius pro quo intendimus satis facere. Et. viij. Quod merita Christi aut sanctorum, nō esse plene remunerata, est ab aliquibus canonicis improprie dictū, intendunt autē, quod talium satisfactiones non sunt omnes euacuatae uel applicatae, alioquin iam passio Christi non esset satisfactio pro quoti die penitentibus. Et. viij. declaratur quomodo in ecclesia sit thesaurus, quod etiā pene statim post astruitur in cap. ult. & quidem irrefragabiliter. Et. ix. per quos dispensari possit iste thesaurus. Et. x. arguitur ad probandū uenias & thesaurū probabiliter, deinde etiā necessario prius tamē recitata extra ua. cle. vi. facta de assidentiu cōsilio, in qua est proluxa mentio de dicto thesauro. Et. xi. quod hereticū sit dicere, Ecclesiam nō posse facere ueras indulgentias, quod multipliciter probat, & recitatur beatū Antoniū sic tenuisse & feli. Cap. ij. Quod nūc sit hereticū dicere, quod in ecclesia fieri nequeat uerę indulgentię pro defunctis. Et ibi

AD MARTINVM LVTHERVVM.

primo, quod de ista questione olim opiniones fuere inter Theologos & canonicos. Et. ij. Quod opinio tentiū indulgentias, ualere defunctis p modū suffragij est uera, & probat multipliciter. Et. iij. Quod dicta opinio iam nunc nō est opinio, sed doctrina sententiā; ecclesiā, & opinio opposita, pari ratione nūc error est, & nō opinio solū. Et. iij. quod hereticū sit asserere, q̄ uenīe defunctis nō profint. Et. v. declarat quomodo intelligendū sit, per modū suffragij. Et. vi. cōtra p̄dicta soluumt obiecta permulta.

Cap. iij. Quod uirtualiter & per consequentiā hereticū est dicere, non posse per Papam indulgentem relaxari aliquam p̄nam, taxatam per iustitiā diuinā.

Et ibi primo, quod post contritionem & gratiam, remanet homo obligatus reatu p̄nāe exoluendā temporaliter, quod multipliciter per scripturas & doctores & canones probatur, licet hoc neget aduersarius.

Et. ij. Quod est aliquis locus, purgandarum p̄narum post contritionem, a purgando dictus, & ibi quomodo sit purgatorium duplex, ordinariū, quod creditur communiter esse sub terra, licet hoc incertum sit, & dispensatoriū, quod saltē aliquando est in hoc mūdo. Et. iij. Quod in purgatorio remittitur aut soluitur p̄na taxata per iustitiā diuinā. Et. iij. probatur hereticum esse, dicere quod non possit Papa per indulgentias abolere p̄nam taxatam per iustitiā diuinā. Et. v. de quadam opinione noua & falsa, quā est, quod possit quidem papa dictas remittere, sed tamen hoc de facto non facit etiā, quando plenarie indulget, sed semper remittit iniunctas à sacerdote, hęc opinio necdum est promulgata uel publicata potius.

Cap. iij. quomodo sint indulgentiē intelligēde in se. Cap. v. quomodo sint intelligēde ex parte dantis.

(uera) ueritate Thomistica.

(ecclesiā) Thomistica.

In Theologia Thomistica.

mistarmu.

Scripturas) id est, per constatiū

quintū Syluestri

Auoritas Syluestri.

Notā, creditur uerbū impersonale, ē fundamētū Thomistica

et Romane Theologiae, hoc enim probant omnia sua.

Indulgentiā habet triplex esse, metaphysicum, naturale et logi

cū quartū taceatur, quod est chi

mericū et prouissimum.

EPITHOMA RESPONSIONIS

Cap. vi. quomodo intelligendę ex parte accipientis.
 Cap. vii. Quod uera sunt fundamenta que olim feci
 contra aduersarium. Et ibi primo, quod ecclesia
 uniuersalis essentialiter, est conuocatio in diuinū cultū
 omnium credentium in Christum, Ecclesia uero uniuersalis
 representatiue, est concilium iuste celebratum,

Hic autor corripit seipsum, prius tres ecclesias iā quinq; habēs sic Romę cre-scit sapientiā.

ecclesia uero uniuersalis in uirtute, est ecclesia Romana, ecclesiarū omnium caput, & Pontifex maximus.

Et. ij. Quod ecclesia Romana representatiue uel eminentiore modo, est collegium reuerendissimorum doctorum minorum Car. uirtualiter autē est Pontifex summus, qui Ecclesię Romanę & uniuersalis caput est, alio tamen modo q̄ Christus. Et. iij. Quod sicut ecclesia uniuersalis errare nō potest decidendo de fide & moribus, ita nec uerum conciliū, faciēs quod in se est, ut intelligat ueritatē, quod intelligo in cluso capite, & tandē ac finaliter, licet forte prima facie fallatur, quousq; durat motus inquirendę ueritatis, immo etiā aliquando errauit, quanquā statuendo potius q̄ decidendo, licet per spiritum sanctum ab errore educeretur. Et similiter nec Ecclesia Romana nec pontifex decidendo de fide aut moribus, ea ratione qua Pontifex, id est, ex officio suo pronuntiāns & faciēs quod in se est, ut intelligat ueritatē. Et. iij. Quod quicunq; nō innititur doctrinę Ecclesię Romanę, Romanicę pontificis, tanquā regulę fidei, id est, credendorum infallibili, à quo etiā robur trahit aut traxit sacra scriptura, hæreticus est. Et. v. Quod Ecclesia Romana sicut uerbo ita & facto potest circa fidē & mores aliquid decernere, nec in hoc differentia ulla est, pretera id quod uerba ad hoc sunt accommodatiora q̄ facta, unde hac ratione consuetudo uim obtinet legis. Et. vi. corrolarie, Quod qui sentit, quod Ecclesia Romana facere non possit in

Magistralis et scientificissima distinctio.

(ueritatem) ut exugat cęsibus orbe uere hincō errat prob dolor.

Hic satā ex imo tartaro loquitur.

Capitūdo ecclesiam Roma, sexto modo, pro magistro pallacij.

spectantibus ad fidem quod de facto facit, hereticus est aliter sentiēs de spectantibus ad fidē q̄ ecclesia romana.

Cap. vii. Quod aduersarij sunt aliqui errores, preter eos quos in suis conclusionibus & earum resolutionibus tenet. Et ibi primo probatur esse errorem, quod in spectantibus ad fidem Papa sit sub concilio, nisi intelligatur de fide ipsius pontificis, cum tamen aduersarius loquatur de spectantibus ad fidē simpliciter & universaliter. Et secundus error improbatu est, quod Papa decidendo de fide errare potest, & oportet (ut ibi probatur) quod loquatur in quantum est Papa. Et tertius est, quod decreta Romanorum Pontificum frigidissima sunt & nihil. Et quartus, quod Romana ecclesia non sit caput, nisi per decreta frigidissima Romanorum pontificum, nata à quater centum annis, contra quæ (inquit) sunt historie authenticæ mille centum annorum. Et quintus, quod liceat appellare futurum concilium. Et sextus, quod Ecclesia Romana aut Pontifex non sit uirtute ecclesia catholica. Et septimus, quod pessimum sit dicere, deum impossibilia non precepisse. Et octauus, quod illud uerbum Matth. xvi. quodcumq; ligaueris, non sit priuilegium Petri, sed equaliter conuenit omnibus Apostolis & sacerdotibus, & toti prorsus Ecclesie.

Cap. ix. Quod sit error asserere Pontificem summum non posse remittere per uenias ulla poenas, nisi in iustis casibus per sacerdotes uel canones. Et ibi primo recitatur error & ex dictis ostenditur esse reprobatus. Et, ij. respondetur ad omnia fundamenta aduersantis, & ostenditur, quod leuiter processit, quia scripturas male citata quod non solum non concludunt, sed nec etiã sunt ad propositum, nisi raro, & hoc per totum librum facit.

Cap. x. quod sit error asserere, quod Papa non possit

Quia hæc palatina magistralis distinctione ignorauit.

(Papa) id est, Nimbrot.

(quod liceat) Oquã dolet hoc uulnus & uulcus.

istos errores Lutheri ostendit, sed in secreto suo cubiculo in nocte.

sic etiã Coloniensis & Louaniensis respondēt. Estq; hic solennis ma-

gistorum modus respondendi. Male citasti & exposuisti scripturam.

EPITHOMA RESPONSIONIS

plenarie indulgere, uel hic uel in futuro. Et ibi primo ostenditur, quod hoc sit error, intelligendo de pœnis, quas diuina iusticia à nobis exigit, p peccatis, seu quæ ueniunt in foro animæ tollerandæ. Et. ij. dissoluuntur omnia eius argumenta. Et. iij. ostenditur esse errorem, quod in purgatorio Papa non possit remittere pœnam canonum, non quidē in specie propria, sed in æquiualentia. Et. iiij. improbat alius error, quo asserit, omnem pœnam huius uite mutari in pœnam mortis uoluntarie tolleratam. Et. v. probatur ecclesiam Romanā tempore Gregorij fuisse caput, quod iste negat. Et ultimo, fundamenta quæ nihil sunt, diruunt. Cap. xi. Quod iste aduersarius male sentiat de purgatorio, ubi & hi errores improbat, & dissoluuntur contraria argumenta. Primus. Via hominis quantum ad crementum habitum & merita operum, non finitur in morte. Secundus. Imperfecta charitas morituri, necessario secum fert magnum timorem etiam post mortem, tantoq; maiorem, quanto minor fuerit ipsa. Tertius. Hic timor & horror satis est se solo (ut alia taceam) facere pœnam purgatorii cum sit proximus desperationis horrore. Quartus. Videtur in fernis, purgatorium & coelum differre sicut desperatio, prope desperatio & securitas differunt. Quintus. Necessariū uidetur animabus in purgatorio, sicut miseri horrorem, ita crescere charitatem. Fundamenta autem quibus ad istos errores ponendos mouetur, ostenduntur deficere multipliciter, specialiter autē, quia sacram scripturā male adducit, & aliter intelligit quā literales expositores, & soluendo multa pulchra dicunt. Cap. xij. rursus, quod aduersarius male sentiat de purgatorio, ubi denuo multi errores, & multa falsa cū suis fundamentis euertuntur. Primum falsum. Nec

(sacramē.) quā
Colonialiter lo
quitur.

AD MARTINVM LVTHERVVM.

probatum uidetur (inquit) nullis aut scripturis aut ratio-
nibus, quod anime purgatorij sunt extra statum meriti,
seu augenda charitatis. Hec ille: cuius falsitas uel in
hoc apparet, quod nos oppositum probauimus ratio-
ne, auctoritate sanctorum & canonum, item auctorita-
te scripturarum, item auctoritate scripturae & sanctorum
simul: beatus enim Gregorius in. iij. dial. ad propositum
nostrum probandum, scilicet, quod in purgatorio me-
rita non mutantur, adducit multas scripturas ut patuit
capitulo priore. Secunda falsitas. Nec hoc (inquit)
probatum uidetur, quod sint de sua beatitudine certe
& secure, saltem omnes, licet nos certissimi simus. Hec
ille, quod utique falsum est, quia nos probauimus oppo-
situm ex probabilibus, deinde uero ex necessarijs, &
sua fundamenta ostendimus nulla esse, maxime illud
quod assumit totam ecclesiam tenere easdem esse poe-
nas purgatorij & inferni, cum tamen nullus hoc dicat,
sed sit falsissimum, cum in purgatorio non sit peccatum
blasphemiae aut desperationis assequenda gloriae, quae
sunt maximae miseriae & poenae damnatorum, peius enim
malum est culpa quam poena, cum culpa deo, poena autem
creatura priuet. Tertia falsitas. Quis scit (inquit) si
omnes animae purgatorij uelint redimi? Hec ille. Sed
ista falsitas improbatur multiplici ratione, quae autem
pro se adducit, sunt nulla, praecipue illud quod Paulus
uel Moyses appetuerit a deo esse anathema perpetuo
pro alijs, & ex scripturis quas adducit hoc non habetur,
sed eas male intelligit, & citat.

(cuius falsitas)
Pulcherrima
omnium conse-
quentia, Sylue-
ster oppositum di-
cit, ergo est falsum.

Eadem conse-
quentia Sylue-
strica.

Non sunt eadem
culpa, ergo non
eadem poena,
iterum Syluestra
liter.

(citatur) Solutio
eadem Colonien-
sium est.

Cap. xij. Quod aduersarius male sentiat de potestate
Pontificis, & ibi multi errores recitantur, reprobantur,
& eorum fundamenta ostenduntur esse nulla.

Primus error. Papa non potest remittere ullam cul-
pam, nisi declarando & approbando remissam a deo:

EPITHOMA RESPONSIONIS

*Mentiris Sylue-
ficer. Lutherus
per sacramēta
gratiā dari, me-
lius sentit quan-
tu.*

aut certe remittendo casus sibi referuatos. Hęc ille, qui istum errorem fundat in alio, quod per sacramenta non uae legis gratia non conferatur, contra doctrinam communem doctorū celebrium August. Hiero. Hugo. Magistri sent. Bedę. Raba. Pet. de pal. & concii. flo.

*(Papa per ue.)
Hoc & Luthe-
rus dicit, sicut
potest unam, sic
potest multas
extrahere, stat
enim similitu-
do, quia nullam
potest extrahere*

Secundus error. In sacramento (inquit) poenitentiae contritio non est adeo necessaria ut fides, qua quis credit se absolutum, & incomparabiliter plus consequatur fides absolutionis, quam feruor contritionis, & in his (inquit) qui credunt in uerbum Christi, quodcumque solueris, non potest clauis errare. Hęc ille, qui & rursus, Erret (inquit) uel non erret sacerdos, tu non erras, si credideris scilicet te absolutum. Hęc iste. Et hic etiā tractatur de euacuatione purgatorij per Papam, in Responſione ad primum eius arti. & probatur, quod sicut Papa per uenias potest unam animā a purgatorio educere, ita & duas & tres, & sic infinitum quamdiu extaret pro singulis rationabilis causa educendi, puta si singule haberent eos, qui sibi ad plenum iuxta mādatum Papae suffragarentur. Tertius error. Laboriosa (inquit) & in utilis est ars confitendi, immo desperandi & perdendi animas, qua hucusq; docti sumus arenā numerare, id est, singula peccata discutere, colligere atq; ponderare ad faciendam contritionem. Hęc ille.

Quartus error. Indulgentia data per modum suffragij, non plus ualet q̄ suffragium solum. Quintus error. Me inquit nihil mouet, quid placeat uel displiceat summo Pōtifici. Homo est sicut & ceteri. Multi fuerunt summi pōtiffices, quibus non solū errores & uitia, uerumetiam portenta placuerūt. Ego audio Papam ut papam, id est, ut in canonibus loquitur, aut cū Concilio determinat, non autem quando secundum suum caput loquitur, Hęc ille, qui & ponit exemplū

AD MARTINVM LVTHERV.M.

de cœdibus Iulianis. Sextus, Solius Papæ (inquit) non est nouos articulos fidei statuere, sed secundū statutos iudicare & discindere fidei quæstiones, hic autē erit articulus nouus, scilicet de uenijs, ideo ad uniuersale conciliū pertinebit eius determinatio, multo magis quā Conceptio beatæ uirginis: presertim, cum hic nullū illic multū & magnum sit periculum animarum, alioquin, cum Papa sit unus, qui errare potest in fide & moribus, periculo assiduo laboraret totius Ecclesiæ fides, si quicquid sibi uisum fuerit, necesse sit uerum credi. Hæc ille. Septimus, Si Papa (inquit) cū magna parte Ecclesiæ sic uel sic sentiret, nec etiam erraret, adhuc nō est peccatum aut hæresis, presertim in re nō necessaria ad salutem, donec fuerit per conciliū uniuersale, alterum approbatum, alterum reprobatum, quod ne multis agam, illo uno probatur, quod Ecclesia Romana etiam cum uniuersali concilio Basiliensi, ac tota ferme Ecclesia sentit, beatam uirginem sine peccato originali conceptam, & tamen quia altera pars non est reprobata, non sunt hæretici qui contrarium sapiunt. Hæc ille. Octauus. Nam sentit, quod Episcopus in sua diocesi, & curatus in sua parrochia, æqualem cum Pontifice in purgatorium habeant potestatem, quod hic aliquantulum tangitur & declaratur. Nonus, Nam pœnæ (inquit) purgatorij sine potestate clauium per solā contritionem remittuntur, quia perfecte cōtritus quoad deum, à purgatorio absolutus est. Decimus, Nam in plenaria (inquit) indulgentia, id est, omnium pœnarum, fallitur maior pars populi. Hæc ille, qui declarando habet tanquam incōueniens, quod alij dicūt post talem indulgentiam animam decedentis nullo alio admissio peccato euolare. Deinde sic subiūgit. Nec minim (inquit) quando illi sic scribunt, legunt, clamāt.

EPITHOMA RESPONSIONIS

quod si quis uenias consequutus, ante reciditum moreretur, statim euolaret. Hæc enim (inquit) quasi non sint peccata nisi actualia, ac si fomes relictus, nulla sit immundicia, nullū impedimentum, nullū medium, quod moreretur ingressum regni, cū nisi ipse sanetur impossibile sit intrare cælū, etiā si nullū adsit actuale. Hæc ille.

Cap. xiiij. Quod aduersarius male sentiat de spiritali Ecclesiæ thesauro, unde uenias elargitur. Et ibi primo datur intellectus talis thesauri. Et secundo ostenditur, quod possibile sit esse talem in Ecclesia.

Et tertio ostenditur probabiliter ita esse de facto.

Et. iij. ostenditur idem demonstratiue. Et. v. ostenditur, quod quæcumq; iste in contrarium adducit nihil concludunt, & nihil penè ad propositum citatur, & quod omnia eius fundamenta nihil sunt, nisi mordacitates & detractiones. Et in hoc capitulo respondendo aduersario, infinita pulcherrima tractantur.

*Infinita forte
Melysi Anaxagore
Leucippi.*

Cap. xv. Completo secundo uolumine adiectum, uisa disputatione cum Eckio, & resolutione Lutherana de potestate Papæ, quod ex dictis sparim supra improbetur noui errores istius. Et ibi primo, quod Romanus Antistes diuino iure sit primus, & dignitate, & iurisdictione, auctoritate doctorum latinorum. Et secundo auctoritate Græcorū. Et tertio, auctoritate conciliorum. Et quarto, auctoritate scripturarum, quibus per istum insufficienter respondetur, & ultimo idem asstruitur theologice rationibus irrefragabiliter.

*Quis Thomis
stice.*

Cap. xvi. Quod ex dictis soluantur omnia aduersarij maledicta. Et ibi primo, quod suæ rationes quibus sine diuino iure probare nititur Romani præsulis primatum, sunt ei etsi non aliquæ in se, uanæ, sunt quoq; omnes insidiosæ. Et. ij. Quod solutio eius ad illam scripturā, Tibi dabo clauēs, nihil sit, &. vij. eius

AD MARTINVM LVTHERV.M.

argumenta solvuntur. Et idem. iij. probatur de solutione ad illam, Pasce oves meas, & quatuor eius argumenta solvuntur. Et. iij. Quod iniuste & ignoranter rideat decretum Leonis di. xix. ita dominus. & dissolvuntur quatuor eius argumenta. Et. v. quod ignoranter rideat decretum Leonis. iij. di. ij. de libellis.

Et. vi. idem probatur de ca. clericos di. xxi. & solvuntur tria eius argumenta, maxime illud, quod ex Concilio Africano di. xcix. in ca. primæ sedis, ubi iste deces (equiuocatio) ptus equiuocatiōe primitatis sedis illud ca. tam patēs, Quid mirū cū quod glosam non meruit minime intellexit. Et. vij. quotidie nouas Quod iniuste impugnat decretum Anacleti. di. xxi. in fingit de corde nouo, & ostenditur testimonio etiam græci imperatores suo equiuocatiōes rīs sacerdotium nouæ legis ab antiqua Roma in omnes effluere. Et. viij. idem de Pelagij decreto. di. xxi. (græci impe.) sancta, & quatuor eius argumenta solvuntur. Et. ix. id est, iure diuino. Quod ignorantissime imperat decretum Nicolai di. xxi. inferior & ostenditur quod nihil sint quæ in cōtrarium adigit tela. Et. x. idem. de cap. omnes. di. xxij & septem eius calumniæ repelluntur. Et. xi. idem de Anacleti decreto, di. xxij. sacro sancta, & sex eius calumniæ repelluntur. Et. xij. Quod iniuste & maligne impetat pascalem in decretali significasti de electione.

Et ultimo, quod suam conclusionem. xij. male probet, sed omnes eius probationes aut ex malitia aut in scitia magna procedunt. Caveat autem iste, quia quantum ego capio, ceruice sua dei iudicium basulat. De iuridica & irrefragabili ueritate Romanæ Ecclesiæ, Romanique Pontificis, Liber Tertius finit.

Et hoc Colonia liter & Louanialiter distū.

AD LECTOREM




Acc quisquis legis Christianę frater, à Syluestro Satanę organo prolata, intelligere debes, non nisi summo odio & incredibili metu generalis Concilij esse conficta. agunt enim Romanistę iam dudum furore impietatis suę insanientes, quo impunitam licentiam quiduis audendi habeāt, ne aliquando cōcilij remedio afflictę & uastatę ecclesię succurrat, & Romanęsibus Nimbrotis, Ismaelitıs, sanguisugis, Sybaritis, Zodomitis, Antichristis, orbem totū, fictis, ut Petrus prophetauit uerbis seducētibus, modus aliquis ponatur. Cū itaq; futurum uideāt, ut Conciliū prohibere nequeāt, fingūt Papā esse supra Conciliū, sine eius autoritate, nullū cogi, nullū durare, nullū obligare, & profus nihil facere ullū conciliū. Ipsum uero Papā esse regulam infallibilē ueritatis, autorē intelligendę scripturę. Quibus sigmētis & mēdacijs plusq; Tartareis, si cogantur conciliū admittere, tamen ante eluserint q; admittant, & sic undiq; impunitā suam Zodomam & Babylonē redemerint. Mihi uero uideēt, si sic pergat furor Romanistarum, nullū reliquū esse remediū, q; ut imperator, reges & principes ui & armis accincti, aggrediant has pestes orbis terrarū, remq; non iam uerbis sed ferro decernāt. Quid enim lallant perditı homines, etiam cōmuni sensu priuati, q; id qd Antichristus facturus prædicitur, ac si nos insensatiores q; trunci sunt, habeāt? Si fures furca, si latrones gladio, si hæreticos igne plectimus, cur nō magis hos magistros perditionis, hos Cardinales, hos Papas, & totā istam Romanę Zodomę colluuiē, quę Ecclesiam dei sine fine corrumpit, oibus armis impetimus, & manus nostras in sanguine istorum lauramus; tanq; à communi & omniū periculo loissimo incendio nos nostrosq; liberaturi. O felices

EPISTOLA.

Christianos, ubi ubi fuerint, modo sub tali Romano Antichristo, sicut nos infelicitissimi, non fuerint. Ego interim me expediā, & testamē meā hanc tū cōscientiā tū monitiōnē relinqū. Quod Romani Pontificis autoritas, siue sit diuini, siue humani iuris, non altius est quarto p̄cepto, id est, primo secundae tabulae, p̄cipitur, ubi dicitur, Honora patrē tuū & matrem tuā. Hinc assero ipsum esse omnibus nobis patrē in p̄ceptis dei maxime primis tribus, ut ubi contra horū unū aliquid fecerit, subiectus sit cuiuslibet fidelis admonendū, & accusandum. iuxta illud Matth. xvij. Si peccauerit in te frater tuus, uade & corripe eū inter te & ipsum solū. Si te non audierit, assume tecū alium, aut duos. Si hos non audierit, dic Ecclesiae (id est, palam coram omnibus) si Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Quis est qui Papā & papistas, ab hac Euangelij lege excipere possit? An papa non est frater? an non omnibus suis haec Christus p̄cipit? Da locū scripturae qui probet, Papam non licere in hanc regulam cogi? An figmentis suis demoniacis nos territare tentant, ut huic Christi p̄cepto non obediamus, ob hominē in deum peccemus, & timore traditionis humanae, dei p̄ceptū irritū faciamus? Vere nūc intelligo de quibus locutus sit Petrus. ij. Pet. ij. Erunt & in uobis pseudomagistri, per quos uia ueritatis blasphemabit, deū qui eos emit negantes qui in auaricia fictis uerbis de uobis negocia buntur. An non est hoc uia ueritatis blasphemare, si neges, uerbū Christi in aliquē hominem peccatorē ualere? Ego sum excusatus, & pronūcio ex his uerbis Petri & Christi, Si principes, Episcopi, & quicūq; fideles, Papam errantē quolibet crimine, non monuerint, corripuerint, accusauerint, pro ethnico habuerint, esse omnes blasphemos uiae ueritatis, & negatores Christi, cū Papa aeternaliter damnandos.

Dixi.



Th.dp.q. 925,

© 2026 Universitätsbibliothek Würzburg